

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Prelacio ci  
cum fonte primo

Si autem annuntiante te ad impium ut a  
uiis suis conuertatur et non fuerit  
conuersus, ipse impius in  
iniquitate sua morietur et tu animam  
tuam liberasti.  
Hic certe euidenter ostenditur quod  
siue proficiant siue non proficiant  
auditores; tacere eis non  
debent sacerdotes, nec ideo rei sunt si  
forte eorum uerba populi non audiunt uel  
audita contempnunt. Sed si ab eis  
corrigendis absistunt quia sic nec  
exemplo uite prepositorum suorum,  
nec uerbo doctrine populi contumaces  
emendari uoluerint, ipsi causa sue  
perditionis existunt, et  
doctores quorum exempla  
simul et uerba despiciunt, inuoluere  
criminibus suis omnino non possunt.

Prosper ibidem (de uita contemplatiua  
libro I.).

Post illa verba, quibus negligentium  
sacerdotum finis ostenditur, de pontifice  
officium suum curante propheta sic  
loquitur:

*Si autem annuntiante te ad impium ut a  
viis suis convertatur, non fuerit  
conversus a via sua, ipse impius in  
iniquitate sua morietur, et tu animam  
tuam liberasti* (Ezech. XXXIX, 9).  
*Hic certe satis evidenter ostenditur, quod  
sive proficiant, sive non proficiant  
auditores, tacere eis non  
debeant sacerdotes; nec ideo rei sint, si  
forte eorum verba populi non audiunt vel  
audita contempnunt; sed si ab eis  
corrigendis absistunt: quia si nec  
exemplo vitae praepositorum suorum,  
nec verbo doctrinae populi contumaces  
emendati proficiunt, ipsi sibi causa suaee  
perditionis existunt, et  
doctores suos, quorum exempla  
simul ac verba despiciunt, involvere  
criminibus suis omnino non poterunt.*

Iulianus Pomerius, *De uita  
contemplatiua*, 1, 22, 1 (PL 59,  
col.437C-438A).